Cum quo etiam bene stat ad id non obligari penitentem, quoties sacerdos nutus et signa non capit, nam illa labor inutilis omnino foret: et praeterea si nequeat penitens ejusmodi signa facere, quin ab aliquo alio videantur et intelligantur: [?] sit periculum ut illa intelligat aliquis alius praeter sacerdotem, siquidem confessio publica, qualis foret illa [?] periculum publicationis illius penitentem liberum ab obligatione fatendi. Quando si mors ingruat, et non sit moraliter certus peccator de sua contritione circa mortalia, non facile est statuere, quo remedio uti debeat infra tamen, sec. sequenti remedium facillimum aperiemus.

De confessione per scriptum non leviter digladiantur theologi, nam 1º alij absolute negant teneri unumquemque hominem ad fatendum sua peccata per scriptum, quamvis urgeat praeceptum, quod nequeat alia via expleri ita opinantur Sotus in 4º dist. 18 q. 2ª art 6º Caietanus verbo confessio conditione 11ª Ricardus dist. 17 art. 2 q. 5. Navarrus in summa c. 21 nº 36 Victoria nº 173 Medina et Ledesma citati a Suarez disp. 36 de poenitentia sec 6 n 5 ita etiam sentiunt Valentia 3ª parte d. 7 q. 12 puncto 1º Barbosa in decretis Graciani parte 2ª de poenitentia distinctione 2ª c. 89 nº 3. Naldus in summa verbo mutus nº 2º Vega 1ª parte summae c. 63 casu 37 hancque tanquam probabilem defendit Fagundez praecepto 2º ecclesiae lib 1º c. 6º n 9 cui subscribit Diana benignus doctor 5ª parte tr. 6º resolutione 4ª

Alij obligant poenitentes ad fatenda mortalia per scriptum, quando praeceptum confessionis urget, et nequit alio faciliori modo impleri, non pauci neque ignobiles doctores, quorum agmen agit S. Th. in 4º dist. 17 q. 3ª art 4 quaestiuncula 3ª ad 2um alegatore et asecla Silvestro verbo confessio 1º q. 15. Vasquez q. 91 de poenitentia art 4 dub 5 et Suarez modo citatus Coninck d. 5ª nº 78 Enriquez lib 5 c. 3 nº 9 et lib 4º c. 4 nº 4 Granado controversia 7ª de poenitentia tr. 1º d. 9 nº 4 Gasp. Hurt. d. 8 dificult. 4ª Bonacina d. 5 de poenitentia q. 5 sec 2ª puncto ultimo nº 6 Cardinalis de Lugo disp. 15 de poenitentia nº 87, et alij apud hos.

Utraque sententia procul dubio probabilis est; tutissimam quamvis unusquisque amplectetur quamlibet mihi omnino placet haec 2ª sententia fundamentum est quod confessio per scriptum nullum continet notabile incommodum, aut gravamen ex quo a confessione excusemur; casu quo urgeat praeceptum fatendi integre mortalia et nullus alius modus facilior nobis possibilis sit: ergo ad confessionem per scriptum obligat unusquisque, qui aliter nequit praecepto satisfacere.

Opponitur

Opponit 1° confessio per scriptum confessio publica e
sed nemo tenet ad publicam confessionem ergo etc. Resp. neg. maiorem quia quamvis voces
aptae sint atque scriptum ad crimina evulganda cum tamen confessio per voces
non sit publica, sed urget scriptum amitti pot, et incidere in manus
alicuius hominis, qui peccata ibi scripta evulget. praeterea sacerdos pot rapere
scriptum, et nolle illud reddere poenitenti, sed publice legere coram
alijs ergo confessio per scriptum valde obnoxia e publicationi. Resp. neg. hanc
conseq. neque ex genere suo illud periculum non inbibit in confessione per scriptum: ad
1um quia reo posse poenitentem non scribere peccata nisi coram sacerdote, et
statim facta confess. antequam inde recedat cartam rumpere vel comburere
praeterea pot dumtaxat peccata secundum illorum species in carta recensere; et de
inde numerum digitis, aut alio signo demonstrare: ac denique ipsa ex
hibitione cartae tunsione pectoris, et alijs signis, sufficienter manifes
tabit se accusare de omnibus illis, quae accusationem vel numerum scribat
in carta: unde nil intererit quod carta ipsa amittat: cum vero ex col
ligi possit [...] ipsum poenitentem aliud remedium, difficilius tamen iusto
innuit Caietanus videndus. denique ad 2um reo non curanda e
ea quae vix, aut nec vix quidem aliquando contingere possit, sicut sacer
dos pot subripere cartam, eiusque publice legere; pot, et facilius multo
quotidie revelare peccata quae audit in confessione nec tamen propter hoc pe
riculum ita remotum excusat aliquis a confessione per voces. ergo neque etiam
a confessione per scriptum.

Opponit 2° grave nimis erit poenitenti fateri per
scriptum, et gravissimum sacerdoti spectare ut coram illo scribat poenitens
singula peccata: ergo ad rem ita onerosam numquam obligabitur poenitens
Resp. non omnibus poenitentibus id futurum grave, quando quidem si id levius erit
quam satis arduum fateri per propria voce ob nimium ruborem, vel simile
aliud incommodum, nec per salute propria, et praecepto divino et per endo multum e

si aliquid laboris suscipiamus, de sacerdote autem parum curandum est cum ipsius Parochus teneatur eiusmodi laborem, et mortem pro suarum ovium salute subire, siquidem de illorum bonis alitur; et non raro satis abunde. Adverte tamen hanc doctrinam intelligendam esse non solum quando instat praeceptum annuae confessionis vel articuli mortis vel Eucharistiae suscipiendae, sed etiam quando quis ex devotione cupit fateri sua crimina mortalia nequit tamen ea integre, et plene detegere nisi iubeat scripto; nam in isto etiam casu instat praeceptum integritatis materialis, quod semper servandum est, quando sine aliquo magno incommodo expleri potest, qualiter stringit si se regrat criminum scriptio, quod autem sit faciendum quando instat articulus mortis, et dubitas de destructione sceis autem probabiliter times confessionem publicandam esse si fiat per scriptum; vide seq. dicam.

Utrum an quando obliget confessio per interpretem

Sec. 5.

Reliquum est ut scrutemur de confessione per interpretem, an aliquando obliget. Opinantur Sylvester, verbo confessio 1o c. 15. n. 16. Archidiaconus, et alij apud Cano relect. de poenit. p.te 5 teneri ad confessionem mortalium faciendam per interpretem; eum qui aliter nequit explere praeceptum divinum confessionis etiam extra articulum mortis obligarum, vel ad recipiendum sine mortali Eucharistiam, nam nemo est qui ad confessionem per interpretem obliget peccatorem, ut praeceptum ecclesiasticum duntaxat impleat. Vide Leandro 1a p.te tr. 5. de poenit. d. 6. c. 8. imo neque ut praecepto divino fiat satis eiusmodi confessionem per interpretem obligare docent plurimi theologorum inter quos recensent Suarez d. 36 de poenit. sec. 6 n. 4 Vazquez q. 91 art. 3. dub. 3. Coninc de sacramentis d. 5 dubio 10 n. 75 Gran. tr. 7 de poenit. tr. 1 d. 9 n. 28 Enriquez

Libro 1o

lib. 2° de pænit. c. 2. § 6. Bonacina d. 5. q. 4ª sec. 2ª puncto 2°
§ 2. n. 22. Valencia, Reginaldus, Fagundes. Laiman, Gaspar
Hurt. Coninc. Villalobos, Filliucius et alij, et hanc sententiam appellat
probabilissimam Ioan de Lugo. d. 15 de pænit. n. 62 legat n. 65 et d.
16 n. 395 quæ sibi non constat.

In mortis vero articulo non obligare eiusmodi
confessionem per interpretem quamvis dent peccata mortalia, si tamen
peccator contingit moraliter, aut probabiliter credit habere
veram contritionem docent Laiman, Suarius, Fagundes, Villalobos,
Ioan de la Cruz Filliucius et Ioan Sanchez relatore Diana 3ª
parte tract. 4. resolutione 129, in casu vero quod pænitens habeat mor
talia, et probabiliter dubitet de sua contritione, res communiter docent
illum teneri ad fatendum per interpretem; id tamen cum aliquibus limitationibus, quas
postea recensebimus.

Sed Vasquez, Caietanus, Conine, Laiman et alij, quos citat, et sequitur
Leander 2ª parte tract. 5. d. 6. q. 10ª docent eiusmodi obligationem non nasci ex
præcepto confessionis, sed ex naturali, et lege charitatis qua se ipsum consulentis pro
prie saluti animæ tutiori omnino via.

Sit conclusio 1ª confessio per interpretem nunquam obligat. probatur 1° quia quoad prius
urget præceptum ecclesiasticum non tenemur ad confessionem per interpretem; ut fere omnes
concedunt, et novissime Lugo suo n. 65. quod neque quoad urget præceptum divinum
tenemur ad confessionem per interpretem. negat Lugo cum alijs hanc consequentiam: sed im
merito, ut mox ostendemus. probatur antecedens ex cap. omnis utriusque sexus. de pænit.
et remiss. ubi dum imponitur præceptum ecclesiasticum annuæ confessionis. ista
verba habentur. omnis fidelis teneatur solus confiteri sua peccata proprio
sacerdoti etc. ubi tamen solus excludit a parte obligationem confitendi coram
alio, ut notat opportunus Lugo contra Vasquez: sed præceptum integritatis
materialis in confessione quoad mortalia est præceptum divinum, et fortasse naturale

q.d tamē nequibit aliq.do expleri in cfess. annua n adhibito intrp.te: q.o si nunc nulla oblig.e adhibendi intrp.tē, nunq.m ad id obligabimur, sive ex p.cepto hum.o, seu ex divino, aut nali cfessio facienda sit. video multiplex effigiē huius argi; sd n vacat illud p.cludere.

Pr. 2.o q.a nemo teneret ad integritē malē cfess.is, si certo sciret cfessoriē crimina revelaturē saltē uno hoi. Ut ipse nulli alteri revelaturus erat (meminerit lugo nobis prius hanc ee suā doctrē d.e 16 n.o 395) q.o neque pœnitens tenet fateri sua crimina p interp.tē cū id utrinque fere æquale sit: nullē ē discrimē, q.d satisfaciat reperiri poterit.

Pr. 3. q.a pbabile é n obligari intrp.tē sigillo cfess.is, ut docent Caietanus verbo cfessio editione 11 Sotus in 4.o distione 18 q.e 2.a art. 6. Vecanus de sacramentis c.o 39 n.o 3, et Arcangelus disp.e 21 pagina 261 esto intpres maneat ligatus nali et aliquo secreto q.o poterit intpres amplecti hanc sē, et revelare cfessē vi ipsa cscia si bono publico expediat ac pinde cfessio p intrp.tē, aut publica e, aut ut eē publicaré in aliquo eventu saltē x.o sē pbabilē: q.o nunquam aliqs tenet ad cfessē p intrp.tē siquidē ad cfessē fralit vel virtualit publicē, aut fere publicē nemo tenet: legat egregiē Trid. sessiē ses 14 c.5 most medium, ubi cfiteri publice, nec p.ceptē divo ee mandatē asseverat.

Pr 4.o apriori mea sc. q.a xps dnus n iussit in ullo casu eiusmi cfessē p intrp.tē: q.o ad eā n tenemur: pt cōa, q.a si ad illē obligaremur, id foret maxe iure dio, nē de iure humo nemine obligari iā sup.s pbavimus. ipr ans ex Trid alegato, q.d ita decernit: cfessē, quoad modē cfitendi secreto apud solē sacerdotē, etsi xps n vetuerit, qn aliquis in vindictē suorē

scelerē

sceleris et sui humiliationem, tum ob alioru exemplu, tum ob eccle. ofensæ ædificationem delicta quæ publice confiteri possit, non tamen hoc divino præcepto mandatum etc. quod neque præcepto divino tenemur unquam fateri per interpretem.

Evertimus quæ confessionem per interpretem aliquando obligare suadent etc. 6a.

Opponit 1o præceptum hunc nunquam obligat ad sui adimpletionem cum magno aliquo incommodo, et difficultate superanda: quod non mirum erit quod præceptum divinum obliget cum iisdem incommodis, et difficultatibus: pt con. angu docet comuniter atheologis; et novissime a Castro Palao tom 1o tt 3o de legibus de 1a punct. 16 n. 1o. ubi etiam cum periculo vitæ legem humanam nunquam obligare probat; sic iubeat dux militi ut portam civitatis ab hoste defendat; ad id procul dubio miles tenetur, quamvis apertum vitæ discrimen subeat: quod etc. modo sic: quod confessio per interpretem obliget, saltem quando urget præceptum divinum, de confessione instituenda, ut ad Eucharistiæ receptionem et in art. mortis post peccatum lethale commissum. monstrat illatio: quia manifestatio criminis uni alteri homini præter sacerdotem, vel non est incommodum grave ut aliqui volunt; quia manifestationem alieni criminis, uni vel alteri viro prudenti, et taciturno, non existimant grave piaculum, vel non est ita grave incommodum, ut propter illud excusemur ab impletione præcepti divini de confessione per interpretem, siquidem gravius est perdere vitam, cum vita sit maius bonum, quam fama, ut commune est apud theologos, et tamen ut initio huius obiectionis notabat, non numquam præceptum humanum impleri debet etiam cum periculo amittendæ vitæ, quod erat.

Respondetur omisso 1o anti cum illius probatione, quæ difficilis est: forte enim non nascitur cuiquam obligatio exponendi vitam in tali casu ex præcepto humano duntaxat; sed etiam ex naturali sibi iuvente, ut bonum publicum et commune præferamus conservationi propriæ vitæ, quod non obscure colligitur ex eodem capo

n° 2 et 3 quod quidem tamen de his sit: nego inde inferri quod confessio per interpretem nunquam obliget etiam divino praecepto urgente: neque oppositum satis suadet exemplum quod fateri per interpretem non sit ita grave, ut ab eius onere confessio excusset; nam etiam confessio minus levis venialis fere nullam difficultatem continet et tamen nemo tenetur tenetur ad illud publice fatendum in quocumque casu. huius ratio est quia ad id noluit Christus Dominus nos obligare: cum quo neque ad confessionem per interpretem noluerit nos obligare, ut probatione 4° sectionis praeteritae dicebamus; fit quod nunquam ad id obligemur quidquid de opinionibus de levitate aut gravitate in modo fatendi per interpretem. denique nego Patri Lugo quod non sit gravissimum onus se teneri hoc sua mortalia peccata revelare duobus videre probationem sectionis 4 praeteritae.

Opponit 2° nunquam esse obligationem aperiendi duobus eadem peccata: ergo haec obligatio non est ita gravis ut excusset ab impletione divini praecepti de confessione. probat ante Cardinalis de Lugo multipliciter a suo n° 67 Ultimo quia qui vult fateri suum peccatum reservatum inferiori sacerdoti tenetur petere facultatem a superiore, ac per inde etiam tenetur manifestare illi idem peccatum. Respondeo distinguendo antecedens: est obligatio per se ratione confessionis praecisse, nego antecedens: per accidens ex alijs capitibus omitto antecedens poterit enim quicumque adire immediate ipsum superiorem, et apud illum fateri omnia sua crimina absolute recepta: aliter eodem fere argumento probare posses quod non nunquam aliquis tenetur aperire sua crimina lethalia non solum duobus, sed etiam viginti et pluribus: pone enim Petrum vigesies et pluries data opera invalide confessum fuisse sua peccata; pone etiam 1um et 2um sacerdotem usque ad 20um et ulterius mortuos fuisse post audita peccata tenetur sane Petrus ulterius alteri sacerdoti exponere sua crimina, quae omnia cum per accidens contingant ratione confessionis, quis ergo inde intuleris hoc obligatum esse ratione confessionis apperire sua crimina viginti, ac pluribus sacerdotibus

quod

d:
q ridiculus eet.

Caeterum urgebit lumen ut superiori ex qua pluribus occupationes non detinet absolvere subditum a reservatis p[ecca]tis, et eum iterum ad superiorem sacerdotem ut illum absolvat a reliquis mortalibus in quo casu tenet[ur] paenitens omnia omnino mortalia etiam reservata aperire inferiori sacerdoti q[uia] tenebit[ur] duobus confessare ac q cocrus obligabit confessio q interp[re]tz urgente p[re]cepto confessionis. Rebit nemo id q accens evenire n ex na confess[ion]is, sed rone occupationis superioris: poterit q paenitens expectare aliud tempus commodius: aut alium superiorem adire minus occupatum etc. quod quidem tamen dehis sit Resp[onsio] a plerisque negari illud ans putantibus n licere tunc ex illo p[ec]c[a]to c. dimidiare confess[ion]em: ac q inde q cum istis omnino n urgebit in presenti casu sed de veritate antus alibi dicemus.

Res. denique 3° omittendo id licere superiori negotiis valde impedito: nego tamen subditum obligatum esse fateri deinde inferiori sacerdoti, ea quae explicavit superiori, et a quo directe absolutum est, sed reliqua peccata n dicta. ro mihi e 1° quia ea peccata iam directe absoluta sunt: q n e oblig.° iterum subiiciendi illa clavibus ipse. Pe. Vasq. cum aliis in re n absoli. 2° quia si aliquis imminente periculo mortis aliqt pecc.a fateret, aliis omissis propter angustiam temporis; certum e, quod si emergat a tali periculo, n opus sit, fateat iterum illa eadem pecc.a directe absol.: q silt in nro casu. Mitto alia.

Opp.r 3°, urget p[rae]ceptum celebr. dicit communio [sic] absente superiore, tenet[ur] poe. fateri inferiori sacerdoti sua pecc.a etiam reservata; cum onere tn confitendi postea coram superiore: q° ut impleat p[rae]ceptum divinum q[uo] mit[tit]di confess[ion]is lethalium ante communionem, tenet aliquis duobus exponere eadem pecc.a reservata; q etc. Resp. cum P. Pº Aurst 2ª 25. n teneri hos peccatores in eo casu aperire sua reservata inferiori; sed satis e, quod aperiat mortalia n reservata: siquidem ab his tm directe

absolvi pot, à reservatis aut[em] so indirecte: unde 3a opp[ositi]o it pessi: nisi doctr[ina] Vasq. de qua infra, neg[an]di illud om[n]i[n]o ep[iscop]o [com]par[an]di obligare, casu quo ip[s]e semel dixerit o[mn]ia reservata inferiori sacerd[ot]i.

Opp[onitu]r 4o, q[ui] in art[icul]o mortis haeret mortale crimen, et existimaret, se n[on] plene [con]trit[ione]m de eo cepisse, teneret[ur] procul dubio accedere ad [con]fess[ionem], etiam p[er] interp[re]tem, si alit[er] n[on] posset suum crimen fateri: q[uia] aliquo ad eius[modi] [con]fess[ionem] [illegible] p[er] interp[re]tem obligamur, ex p[rae]cepto div[in]o: q[uo]d fere d[omi]ne, q[uan]do urget p[rae]ceptum [com]mun[i]ter fiet in aliis casib[us] ibi relatis. R[espondeo] 1o, q[uo]d ex hoc arg[umen]to etiam p[ro]bari pot[est], [con]fess[ionem] publicam o[mn]i[n]o aliq[uan]do obligare; siquidem inst[an]te morte, et pecc[at]o lethali vig[en]te in a[n]i[m]a, cum [con]trit[ione]m n[on] possimus supplere, d[ic]o: queundam dolorem imperfectum, tenemur etiam fateri publice coram aliis, si alit[er] n[on] possimus tanto periculo succurrere.

R[espondeo] 2o, in eo casu satis esse, q[uo]d ho[mo] det signa [con]trit[ionis], et manifestet suam volunt[atem] [con]fit[en]di, q[uo]d s[in]e interp[re]te, et evulgat[ion]e peccatorum fieri pot[est]; q[u]inde n[on] se hic pot[est] here, ac si impotens foret alit[er] se explandi; cum sufficiat ea [con]fessio ad integrit[atem] formalem huius sacri; p[er] quam [con]fess[io] manebit indirecte abs[olutio] ab o[mn]ib[us] pecc[atis]. ita vere dent Nuro in addit[ionibus] ad 3. p[ar]t[em], q[uaestio]ne 9. art. 3. diffic[ultas] 1. ad 2um argum[entum]; Suar, Hurt. Fagund. Enriq[uez], et Laiman, quos citat, et seq[uitu]r Diana, p[ar]t. 3. tract. 4. resolut. 129. q[uo]q[ue] Castropal[ao], Bonac. et Sup. disp. 15. de poen[itentia], no 63. quam asserunt, n[on] teneri pecc[ator]em in relato casu dicere o[mn]ia mortalia, imo addit Coninc, disp. 9. de sacris, dub. 10. n. 77. et Molphesius, tom. 1. tract. 2. c. 11. no 12. posse poenit[entem] [illegible] venialia fateri in particulari; cetera vero in generali: ex q[u]o ego sic infero: q[uo]d satis e[st], si o[mn]ia in generali fateatur; cum id in m[ateri]a naria sufficiat ex sa[nctorum] horum DD. d[ictis] exhibito illorum signorum [con]fessio generalis o[mn]ium peccatorum e[st] q[ua]lis[cumque].

Q[uo]d si fingas, n[on] posse fieri eius[modi] generalem accusat[ionem] s[in]e interp[re]te, q[uo]d plane fingere e[st]: 1. p[ro]babilius etiam asser[o], requiri tam eo casu [con]fess[ionem] o[mn]ium mortalium, ac p[r]inde interp[re]tem adhibendum, p[ro]inde nec [con]tinuitas, et reo, hoc oblig[atio] n[on] nascitur ex p[rae]cepto humano, aut div[in]o, ut habes ostendebam, d[ic]o: ex lege n[atu]rali iubente, ut q[uo]d minus e[st], scil[ice]t honor p[er]dat[ur], ne id, q[uo]d maius e[st], vel salus aeterna amittatur.

Opp[onitu]r 5o, incendio domus fur[en]te, l[ectu]la p[ro]cella suborta, de vita p[er]iclitat[ur],

te-

tenet unusquisque peccata sua coram omnibus fateri; et hoc ex praecepto divino: quod non mirum est, si asserat, quod tantum in vitijs teneatur homo fateri, saltem quando urget divinum praeceptum. Respondeo quod in vitijs, et similibus casibus, non oportet, quod homo fateatur sua peccata in particulari, quamvis non habeat de illis contritionem, ut supra diximus; ita fere docent Sanchez praecept. 2. Decal. lib. 2. c. 6. n. 8. Hurtado de poenit. disp. 8. diffic. 2. et Bosius in 3. p. q. 4. de confessione dub. 2. n. 68. quatenus asserunt, non requiri integritatem materialem confessionis in isto casu; sed satis erit, quod petat confessionem verbis generalibus; quod extra praesentem; cum etiam unusquisque teneatur quotannis ostendere parocho schedulam testantem se confessum fuisse sua peccata, ac per consequens habuisse confessionem quae e manifestatio peccatorum dumtaxat generalis, quamvis tenaciter defendas peccata in particulari dicenda fore. Rescriptum est, obligationem requiri non ex praecepto humano, divino, sed ex praecepto naturali, ut supra dicebamus: patet quia si poenitens moraliter certus foret de sua contritione, non teneretur fateri peccata publice in praedictis casibus, quamvis adesset copia confessarii.

Opponit denique 6.° unusquisque tenetur lege naturali adhibere medium omnino certum, et tutum suae salutis: sed confessio generalis peccatorum, quando possunt peccata in particulari exponi per interpretem, est medium incerti valoris, ac proinde non tuta: ergo peccata per interpretem omnia in particulari dicenda sunt in casu 4 et 3.°, quamvis aliquot Auctores videantur oppositum docere. Respondeo distinguendo maiorem unusquisque tenetur lege naturali adhibere medium omnino certum, etc. certitudine morali et prudenti, concedo maiorem: certitudine physica, aut methaphysica, nego suppositum quod enim medium det aliquod possemus de facto secluso speciali revelatione esse certos saltem physice de nostra salute, quia pugnat cum tridentini ipsa veritate, ut sessione 6. c. 12 sec. 2 dicebamus. enimvero quod medium fatendi omnia moralia in particulari erit ad summum etiam tutum moraliter est confessio generalis peccatorum in casu dicto; ac proinde nego minorem aequi: quia loquimur de integritate materiali confessionis, et de integritate formali: atqui quoties per extraordinaria excusari possumus ab integritate materiali adest tamen integritas formalis.

Si confessio esset generalis dumtaxat, quod hoc medium tutissimum est moraliter quam tamen certitudinem solummodo assequeris in opposita sententia. Dixi itaque alibi agendum a nobis esse de confessione, quae in praesentia internuntium vel scriptum absenti sacerdoti.

V. Nulla omnino confessione praemissa sacramentum poenitentiae possit aliquando conferri. Dubium 13.
Theologorum placita sectio 1a.

Celeberrimum hisce diebus quod continet dubium titulus, quem his verbis alii proponunt. an Confessarius possit absolvere sub conditione moribundum sensibus destitutum, qui neque petiit confessionem nec ullum signum contritionis dedit. idque fere nos in praesenti quaerimus, ut ex infra tradendis notum erit. postquam de praeterita sectione 1a statuimus confessionem esse partem essentialem huius sacramenti, par erat, ut solveremus argumentum contra obiectum ex doctrina illorum, qui existimant posse absolvi saltem sub conditione moribundum qui nulla signa contritionis dedit. his breviter praenotatis duas reperio sententias. 1a illorum, qui (me iudice) opinari debent, si constanter amant quod saltem in articulo mortis possit absolvi moribundus sensibus destitutus qui neque petiit confessionem nec ulla signa contritionis dedit, ac proinde consequenter quod in tali casu possit conferri verum sacramentum poenitentiae absque ulla confessione externa, si enim apud illos constitutum foret quod in tali casu numquam posset verum sacramentum consistere; numquam docerent absolutionem posse tunc saltem sub conditione conferri, vel apertum sacrilegium consulerent, quod absit credamus de tantis doctoribus.

Absolutionem ergo posse conferri in eo casu consuluit Molfesius in summa tom. 1o tractatu 7 capitulo 5 n. 48 et 49 ubi asseverat ita etiam

Oppinatores

oppinator fuisse Gabri. Cotherius (testante nrus secarius hanc eandem pt Romæ fuisse secutus) P. Salmeron et Lucas capuchinus subscribunt. homo bonus in examine eccles.co pte 2a ttu 7 c 18 q. 84 Ant. de litteratis in summa pte 2a c 35 n 7 Alexander Ludovitius Archiepiscopus Bolomensis postea Greg. 15 in memoriali confessariorum c 1 de fra sacramti pœnit. nº 16. ubi præcepit, ita in praxi ubique suis dioesis observari. quos oes refert Diana 3a pte ttº 3. resolt 8a et alios ex sua familia, et ex nra societ. suppto noe, his accenset; quos ipse privatis consuluit: hanc quæ sq. probabilem ee saltem absterius afferat Diana placitum tamen negans ipse absolute oppugnat quod monstrum e, cum ita pius dor amet theologis moralis antiqua repagula evertere. consular eius idem Dia. 4a pte ttu 4o resolut 92.

Accedunt relatis actoribus Bart a Sto Fausto tom 1º lib 4 q. 204 Jacobus Vaius Cobaniensis in institutionibus relig. xpæ lib 2 c 9, Torre blanca lib 14 practicarum c. 11 nº 14, et Leander de sso sacramto v pte ttu 5 de pœnit. d. 5a q. 46, qui in praxi hanc opionem sequendam existimat esto aliqui 2i speculative probabiliorem ac tandem absolute sequendam ee doceat nr Quintana dueñas in suo examine ordinandorum qq accedunt plures confessarii plus iusto pii, et n infrequens usus velgarius dum milites prælio ocumbunt, sed hæc sa cum hoc duplici addito ab oibus suis fere patronis recipit 1um e ut ho absolvendus in prædicto casu xpæ et piæ antea vixerit: 2um quod sub hac conditione si capax e absolutione proferat.

Oppoxita tamen sa iam pridem placuit plerisque theologorum: ita ex pte oppinant Henriquez lib 3 de pœn.a c 10 n 9 P. Fay de pœnt. in aditionibus ad 3am ptem q. 9 art 2º d. 2a. Malderus ttu de sigillo confessis c. 15 Alfonsus de Leone ttu de oficio et poate confess. tom. 1º recol. 6a n 131 Maldonatus in summa verbo confessio nº 32 Laimanus tom 1 lib 5 ttu 6

c. 12 n. 4 Regin. tom. 1 lib. 8 c. 3 n. 25 Turrianus de poenit. d. 9 art. 1 d. 30 dub. 1 ad 3 arg. Bellochius de casibus reservatis p. 1 c. 2 n. 116 Pitigianus in 4 sent. tom 2 d. 17 q. unica art. 8. sc. 3 Irribarne in 4 tom 2 disp. 18 q. unica d. 16 sec. 5 Vasq. in 3 p. tom 4 q. 91 art. 2. dub. 1 n. 1 quos refert diana relatus, quibus addendi sunt Egidius de Coninck tom 2 de sacramentis d. 5 dub. 1 ac d. n. 96. Suarez de poenit. d. 23 sec 1 n. 13 Cardinalis de Lugo d. 17. n. 39, Felix in sua tentativa complutensi tr. 4. c. 3. difficult. 10 n. 1. et communiter relig. doctores aut aperte aut tacite stant pro hac sententia.

Non discedo hinc quousque securas q. 1a sa a doctissimis notatas tradam. et 1º P. Coninck censet istam sententiam non videri probabilem. Herrera affirmat quod in ista sententia sequenda rudiores sacerdotes errant cui adheret Fay scribens indiscrete, et ignoranter satis, ac sine ullo aparente fundamento istam sententiam practicari: annuit Franc. Felix asseverans istam sententiam esse improbabilem, quod idem mente et aperte pronuntiarunt duo nostrae Beticae societatis in theologia morali lumina, et quod mirum ipse diana 3 parte tr. 3 resolut. 8a propositionem confirmat. postquam aliqua saniliora testa expendisset tandem ait: unde apparet semper in ecclesia cautum fuisse ne moribundus absolvatur quin aliqua signa reddidisset per quae aliqua confessio, et accusatio fieri censeatur: et istam sententiam contra usum et publicum ecclesiae consuetudinem esse ratus est Antoninus.

2º 2a sententia amplectimur sect. 2a.

Displicet omnino ista sententia, ac proinde oppinor, quod nulla omnino confessione praemissa, nec vocibus, neque scripto, signis, aut per interpretes nequeat aliquis rebus ut nunc sunt sacramentum poenitentiae confici: quare posset illicite, et invalide moribundus absolutus esse in praedicto casu, quamvis mihi evidenter constaret ex revelatione cum haec attritione et desiderio confitendi. Dixi prudens (rebus ut nunc) nam si Xps dominus ut potestate sacramentorum auctor, huiusce sacramenti

partes

p^tes essales mutaret, et expungeret confess. externam ab illius essa; alitr
sentiendum foret, ut planum e, et ex dicendis planius erit.

Pr. 2°. hac unica, et mihi insolubili rõe. confessio ex
terna peccatorum e pars essalis intrinseca huius sacramti: ergo si ois oio
confess° externa desideretur n poterit confici v3 sacramtum penitentiae quamvis cae=
terae p^tes adsint. cons pt. pr mo ans 1° ex iis quae tradidimus d. 12 sec. 2ª
pr 2° ex iis auctoritatib, quas late congerit Lugo citatus d. 17 tota fere
sec. 4ª. ex qq valde prius e demonstrare ex suo usuque coi eccl., nemi
nem posse absolvi etiam in casu extremae necessitatis, sine aliquali confess.
pvia, sed si confessio exterior n eet pars essalis huius sacramti, in aliquo
casu saltem urgentissimae necessitatis permitteret eccla oppositum: ergo etc. pr
3° ex Trident. sess. 14 c. 2. et 6°. et can. desiente, quod hoc sacramentum
e actus iuditialis: ergo et essaliter debet includere, sq, ita includit accusatio
nem criminis, ergo quam fiat notum sacerdoti.

Pergo ad cons primi entimatis probandum. si de=
ficeret abs.° l debitus dolor in penitent. nullum conficeret sacramentum
quamvis ille defectus contingeret propter ignorantiam, aut impotentiam inculpabilem
ipsius penitentis aut sacerdotis: ergo similiter dicendum e. deficiente ex
quocumque c.e qualibet confess. externa: pt cons quod veritas antis nititur
in eo quod absolutio et dolor aliqualis sunt partes essales huius sacramti.
sed etiam confessio exterior pars essalis e, ut constat ex sup. dictis et allegatis
ergo etc.

Hinc collige 1° quod nec licite nec valide pot sacerdos aliquem
absolvere in p dicto casu: de invaliditate constat ex dictis: unde cum pec
catum lethale sit frustrare sacramentum data opera; illicitum e absolutionem confer
re in tali casu. Collige 2° minus caute aut minus clare loqu
tum videri Cardinalem de Lugo, dum nm. sq. absolute se propugnare profite
tur et tamen n° 39 illius d. 17 § merito hanc propositionem approbat: n posse confer

ri

ri absolutionem sacramentalem nisi ex parte poenitentis praecedat saltem peti tio, seu desiderium confitendi: unde ego sic infero: quod omnis non det confessio exterior; si tamen det desiderium confitendi; quod sane sine verbis aut alio quo signo externo potest dari in moribundo ut certum est; poterit ipse absolvi: quae omnia in constantia doctrina aspinget Lugo.

Nec momenti est; si recitat Lugo deberi dari desiderium confitendi signis quocumque externis manifestatum, nam 1.° vero adiectum desiderii eius manifestationem non includit 2.° obscurissime se explicuit Cardinalis. 3.° nam desiderium confitendi ut manifestatum praecise satis esse videtur ad rationem confessionis externae salvandam: nisi dicas quod qui exterius manifestat se velle fateri: eo ipso prodit se habere peccata, quae fateatur quod non repugnabo. — Conciliatore etiam indigere videntur ea quae tradit idem Lugo ibi n.° 39 et 40, ubi de confessione petita ante commissum peccatum: et ante quam adsit periculum mortis pugnantia videtur docere; parco igitur, et ad arga adversariorum venio.

Oppositiones opprimit sectio tertia

Opponunt adversarii 1.° Clementem 8.um opinionem oppositam olim secutum fuisse absolvendo quendam, qui e culmine S.ti Petri praeceps agebat nullo signo confessionis exhibito quod etc. Respondetur 1.° id fictum esse ab adversariis ut asserit et probat Lugo s. citatus suo n.° 34 qui Romae per 20 annos vixit neque Homo bonum quod eam historiam refert asserit se testem ocularem esse sed tantum auritum; quod valde historiae fidem elevat. Respondetur 2.° ea historia data id non cessa Clementem id fecisse tanquam doctorem peculiarem, non quidem theologum sed Canonistam; theologiae quod non professus est.

Opponunt 2.° Greg. 13 idem id iussisse dum Bononiae sedem occuparet in memoriali confessariorum de alegato quod etc. Respondetur Lugo id ex peculiari sententia theologorum, quorum cura demandata est condendi illud

ml

memoriale dictum esse. Sed vice versa in Constit. Compostellana; poena etiam excomm. lata imposita est, ut nemo absolvat, qui aliquod peccatum in particulari non dixerit. quod satis abest a loco supra. Preterea ergo 2°, Episcopus id inssisse, ut peculiaris Pastor, non modo qui totius Ecclesiae princeps erat. Preterea 3°, nos valde mirari, adversarios uti hoc argumento, quod minime nobis officit; siquidem teste Diana, his verbis id statuit Ludovicus: Licet absolvere moribundum, etiam si nullum poenitentiae signum det in praesentia confessarij; si tamen aliqui testentur, eum ostendisse desiderium confitendi: quo data fuit aliqualis confessio exterior delata ad confessarium, medio relatore; quod satis extra rem praesentem argumentum est.

Opponunt 3°, Sacerdotale Romanum tractatu de sacramento poenitentiae c. 26. oppositum nostrae docuisse, ut cetera. Respondeo 1° illud opus esse valde dubiae auctoritatis, quod teste Cardinali de Lugo, disp. 19. de Eucharistia, sect. 7. non paucos olim continebat errores, quapropter nihili faciendum est illius auctoritas. 2° ita docuisse Sacerdotale ex sententia S. Antonini ibi relata; ad quod multa reponimus. 1° quod dubitari potest id verum sit ex sententia peculiari eius. 2° quod S. Antoninus ita obscure loquitur, ut anceps maneat illius sententia. 3° quod potius videatur loqui de absolutione generali, quae ante communionem solet permitti a sacerdote, et de sacramentali: legitur Lugo. n° 36.

Opponunt 4°, non raro contingere, quod homo alioquin pius, in articulo mortis constitutus, habeat interiorem attritionem, quae eum satis disponit ad gratiam consequendam, accedente absolutione sacramentali: illa vero non data, procul dubio damnabitur, si habet mortale, quamvis attritus sit: quare absolutio impertienda est illi sub conditione. Respondeo, id etiam saepius evenire in hoc deplorato statu, ut potius quis magis egeat sacramenti beneficio, quam ille, qui fere semper a flagitijs gravioribus abstinuit: quod tamen de hoc sit, verum est, illum nullatenus absolvendum esse; quamvis mihi quis specialiter revelatum certissime constaret, illum moribundum habere tactum attritionis, advertisse quam desiderare fateri sua peccata, et petiisse absolutionem: si tamen nulla confessio exterior revera daretur. Ratio est, quia cum confessio aliqualis exterior sit +

de essentia Sacri huius, nullum evadet, quamvis caetera vigeant.

Opponunt 5º, licitè confert moribundo sensibus destituto Sacrum extremae unctionis, quamvis illud non petierit, si prius pietatem coluit: quia eiusmodi vivendi modus est quasi quaedam implicita voluntas recipiendi sacramenta in articulo mortis, et petitio aliqualis illorum: quia similiter habuit voluntatem recipiendi absolutionem in eo articulo exterius manifestatam per Christianam vitam, cui antea operam dedit. Confirmatur 1º, quia si testimonio aliorum, qui testentur, aegrotum ante adventum sacerdotis, petiisse confessionem, sufficit, ut absolvat: quia illius vita pia, et exterius satis clamat, illum antea petiisse confessionem. Confirmatur 2º, quia petere confessionem signis externis satis est, ut poenitentem absolvat: quia eum petere baptismo, et vitam religiosam, satis etiam erit ad absolutionem conferendam eiusmodi moribundo.

Mirum est, quantum laboret Lugo in hoc ferè argumento solvendo. disputatione 17. de poenitentia, nº. 40. et disputatione 9. de sacris in genere, sect. 7. utrobique non in omne latum se versat; nec (me iudice) plenè satisfacit, ut ostenderem, si vacaret. Respondeo igitur omisso antecedente, et negatâ consequentiâ. Discrimen est, quia piè vixisse, nullatenus est fateri exterius se esse peccatorem; cum tamen sit aliquale argumentum, ut iudicemus, illum voluisse saltem implicitè beneficio Sacrorum frui; cum autem haec voluntas non sufficiat ad poenitentiam, nisi det aliqualis confessio exterior peccatorum; inde est, quod possit illi moribundo sensibus destituto licitè ministrari extrema unctio, non tamen poenitentia. Explicatur magis solutio; quia dum homo etiam adultus Baptizatur, non afferat eo opere etiam implicitè se habere peccata occulta; cum eiusmodi actio id non significet; sed ad summum exposcat peccati originalis: neque dum pietatem colit, se habere peccata nec implicitè fatetur; cum potius illa actio contrarium suadeat: quia vita piè exacta non est; nec implicita confessio peccatorum. Hinc utraque confirmatio solvenda est concessis antecedentibus, et negatis consequentiis propter hanc rationem.

Opponunt 6º, tenet matrimonium puellae dum illa tacet coram parentibus pro illa annuentibus: quia in aliquo signo externo poenitentis potest consistere forma Sacri. Respondeo, omisso antecedente, et negatâ consequentiâ, 1º, quia in Sacramento

pa-

peris urget pariter, cum ipse dixit diversis pravis ex mera volunt. Xti Dni.
2º, q. illa exterior taciturnitas cum libert. et adverta debita in eo casu
e signum exterius signans venum internum: pat. q. oes, q. ex taciturnitate ex-
terius percipit, iiciunt, foeminam sentire matrim.: q. etta.

Opponitur 1º. duobus periculis occurrentibus maius
evitandum e; sed in pfato eventu adest periculum damnat. pterne illius hoìs; peri-
clitat ins. reverentia debita Sacro: illud prius vt maius: q. etta. Rx omissa
mai, et min. quoad Ls illius p. ; neg. do bm. supp. 2a pte: in illo .n. casu
n. dat dumtaxat periculum irreverens, d. frustrat. is certit. do: ac si velles se-
cvare lapides sub Sdil.; quis en. secis. n. ee mag. desiderat. n. in psenti
Sdii Sessio exterior, quas se pars essentialis huius Sacri: Unde et nec Sdita-
te Ult. pronunciare vba. decerat. p st lapides; ita nec in psenti casu pferre
absolutus sub quacumq. Sdil.

Opponitur 2º. d'ria opinio pro me. et saltem pbabilis
author. tantorum PP. et illam amplectunt: q. eam poterimus seq. in praxi;
imò tenebimur ex carit. Xpi. Rx neg. do ans quoad utraq. pte: 1º
n. n. e pius id facere; siquidem magna iniuria irrogat. aperte Sacro teste
aute Sto Chrysol. ser. 145. penes Deum nec pietas, si iust. e. Sonat dicens Hye-
ronimus, cum epist.a ad Paulinum ista scribit: nemo pietate anteferre dei religi.
ins. nec pbabilis e illa opinio, ut alias ex nris DD. s. dicebat; qq addo, qd neq
ab extro. mihi pbabilis e; cum heat d.a se rones n. solum mihi evid., et indubitabiles: quia
roe stante, nec oppis ee mihi pbale; neq. ab extro: unde ego peccarem lethal., si
. eiusm. opins ms. practicarem.

Argum. Superstes. Sect. 4.

Sic tandem obiunt aliqui accurriores adversarii; lt. absolvere quem supra-
ne sub hac Sdil.; ego te absolvo, si capax es; ideo fere plurimum facere, qdo
dubitamus, an ma subta clavibus sit ve pecc.; b. Sutum poenitens afferat sufficient.

dispos.: et sic in similibus: quo idem accidere in moribundis sensibus destitutis: possumus non dubitare, an aliqua signa externa contritionis dederit, quae tamen non vidimus; quod de hominibus piis maxime praesumendum est, ut ostendunt adversarij: et de alijs etiam non pijs, ut nos supra diximus; cum bene isti moraliter comprobari necessario quaestio.

Praeterea hoc argumentum longe differt ab alijs, quia valde distat a suadendâ sententiâ adversariorum, quorum hactenus confutavimus: id enim disputabamus, casu quo certo moraliter sciret confessarius non dedisse moribundum aliquod signum contritionis; in praesenti vero argumento excludunt adversarij illam certitudinem moralem, et illum relinquunt ambiguum de signis datis, vel non datis a poenitente, quae alia quaestio est, quam posita.

Dico, concesso antecedenti, et negatâ consequentiâ; ratio discriminis est, quia ad hoc, ut aliquis rite absolvatur sub conditione (dummodo caetera adsint) satis est, quod realiter confessarius dubitet, an polleat ratione, necne: vel an sufficiens dispositio accedat; vel utrum ea, quae exponit, absolvenda peccata sint: ast non sufficit, quod dubitet, vel probabiliter credat, quod ipse poenitens privatim signa dederit contritionis; nisi ea pervenerint saltem mediate ad sacerdotem; quia quamvis revera dederit moribundus signa contritionis; nihilominus tamen ea confessio omnimode exterior non est sacramentalis, cum non fuerit facta coram iudice, neque ad illum per testes delata: ita ut de hoc saltem dubitet. Ratio autem est, quia essentia huius sacramenti, quatenus iudicium est, ut non delato crimine ad sacerdotem, saltem per alios proferat sententiam: itaque non vobis memoria excidat, quod ad valorem huius sacramenti non solum requiratur confessio exterior; sed praeterea, quod illa fiat saltem mediate coram sacerdote absoluturo: aut saltem quod de hoc utroque dubitet; quod multo secus contingit in nostro casu. Mitto alia quae huic affinia infra discutienda.

De conditionibus ad castigatorum peccatorum confessionem faciendam. Disp. 14.

Conditiones enumerat, et distribuit Sect. 1.

Passim theologi iactant sexdecim conditiones, quas afferri debet confessio, de qua hactenus, ut omnibus suis numeris absoluta evadat sed nullus fere est ex RR.bus qui non merito afferat tumultuarie, et inscite

aggerans

aggeratas esse eiusmodi conditiones: quapropter reiectis vetustioribus car-
minibus hae aptissime visae sunt, ut postea constabit

Sit discreta, libens, fortis confessio, pura.

Ore frequens, secreta sit, sitque accelerata.

Accusans, verecunda, humilis, lachrymans, obediens.

Nuda, fidelis erit, nec non erit integra, simplex

En sexdecim conditiones, quas in quatuor distribuimus classes, bonae
methodi, et claritatis gratia. 1. quae carmine complectimur conditiones com-
munes cuique actui honesto; debet quippe esse confessio ut nulla inficiat macula
discreta, libens, fortis et pura, nam discreta signat idem atque
prudens in modo et omnibus circumstantiis, libens, id est non coacta, et sine
libertate qualiter in amente et puero contingere posset. fortis ita ut propter
nullas difficultates praetermittat quidquid ad illius rectitudinem narrigere ac
tandem pura, hoc est, ex recta intentione proficiscens; quas omnia omnia
debere esse, cuicumque actui honesto, quis non videat?

Deinde 2° versu continentur 3. conditiones quae in confessione fieri
tantum expetuntur, id est non naturam illius comitantur; prima vix ignorantis esse poterat, ut confessio afficeretur
illis frequens, secreta, accelerata: secunda. vox frequens confessionis iteratam usum consulit: secre-
ta etiam consulit, quod auricularis confessio sit, cum non publice etiam fieri noscit, ut infra constabit.
Denique vox accelerata monet, non tantum exigit, ut quam mox post commissum peccatum illud confessario
deferamus: tertio carmine 3. clauduntur quae naturam tangunt quatuor qualitates, aut quasi qualitates con-
fessionis, dum ait, quod confessio debet esse accusans, verecunda, humilis, lachrymans, atque obediens;
debet ipsa esse accusans, id est sibi imputans peccata non vero aliis: neque illa recensens, quae ad
accusationem non spectant propriis criminibus, non vero alienis. Sit etiam verecunda, id est non iactans
peccata, sed cum pudore illa referens; humilis tertio debet esse, id est cum animi, et corporis debita
demissione; lachrymans, quod idem est, atque cum debito dolore de peccatis admissis; obediens
denique, quae contineat propositum non peccandi de caetero, et parendi in omnibus naturis Deo, et confessario.

Versus tandem 4us totus est in exponendis conditionibus naturis ad integritatem

sive quantum confessio debet non esse nuda, fidelis, integra; et simplex: nuda non erit, si graviter, ingenue et nullum peccatum non celet; erit fidelis, si nullum mendacium admisceat, ut quod crimen aliquod sibi imponat, vel dissimulet peccatum mortale a se reipsa commissum: integra iubet, quod nihil narrando dignum omittat; simplex denique confessio erit, si illis verborum ambagibus caveat, quibus peccata narranda dicenda occultent.

Nec me fugit, quod alii paulo secus post eosdem textus exponant, sed in re nihil non est haerendum. Demum, sectionibus sequentibus exponemus breviter nonnullas leves difficultates excitari solitas circa 3. priores conditiones; ut tandem disputatione sequenti difficiliores nodos circa conditionem 4.am pro otio extricemus.

Nonnullae quaestiones circa conditiones contentas in versu 1.o Sect. 2.

Iubet et versus, quod confessio sit discreta, libera, fortis, et pura: conditiones sane, ut in communi omnibus actibus honestis convenientes: quarum agere materia de actibus humanis videtur est. Nihilominus tamen circa ultimam conditionem, videlicet pura, quae intentionem habendam in confessione statuit, una, vel altera quaestio levis excitari solet.

Ac 1o quaeritur, utrum confessio facta propter finem pravum valida sit. In qua difficultate 1o certum est, quod si finis sit lethaliter pravus, et non aperiatur confessario cum debita dispositione ante absolutionem; totam confessionem ita inficit, ut illam reddat nullam; siquidem poenitens accedit omittens in ipsa confessione peccatum lethale. 2o certum mihi est, quod si ante absolutionem debite fateatur confessario, se illo pravo fine motum accessisse ad confessionem, quod tunc confessio tandem valida erit. Unde quaestio tota devolvitur ad illum qui motus fine venialiter pravo, et nullo praemisso dolore talis finis recipit absolutionem sacramentalem; in quo casu, nullam esse confessionem, opinantur Angelus, Sylvester, Armilla, Abulensis, atque Navarro apud Leandrum de SS. Sacro, 1. p. tract. 5. de poenitentia, disp. 4. q. 9.

Nos vero absolute tunc confessionem validam esse opinamur cum Thoma Sanch. lib. 1. summ. cap. 3. n° 1. Vasq. de poenitentia q. 92. art. 3. dub. 2. et Lugo hic disp. 15. n° 189. et aliis plerisque apud hos. Ratio est, quia tunc obligatio poenit

n'

n. excludi fine priale recipi veniaz peccatorz: d. q. finez veniale dumtaxat malu ille recipiens finis n. excludit: ergo etc. mr. restat minor vero probo in recept. Euch., et aliorz Sacrorz ex fine dumtaxat veniali [illegible] et in eo mi recept. sfrectionz is: siquidz 1a gra, et illis augmentis bene compatitur cu pecc.o veniali actuali: ergo etc.

Quaerit 2o, an valide confiteret, q. ob timorez infamie, aut poenarz id ageret; alias n. facturz. Sentit Angls., et divus Antoninus, eaz confessz n. ee validaz; qq Navarro in caput fratres de poen., dist. 5. n.o 45. et Re-ginald. lib. 6, n.o 64. et 65. atq. 74; absq restringunt. Nos vero fere cu D. Henriq. lib. 2. de poen.a, c. 3. n. 3. lit. H. et alibi ita distinguimus. Aut in eo casu urget praeceptu confess.; aut nullu praeceptu urget: si 2m, rursu pto, utru illud praeceptu grave sit; sic e praeceptu annue confess., praeceptu leve; qq prenotatis;

Res. 1o confessz nullaz ee, casu quo instet praeceptu grave, et expresse apud se statuat poenitens, se n. facturu pecc.; nisi honoris iacturaz, aut poenas timeret; peccat. n. tuc mortal.; ac proinde ponit obicz confess. vali-dae; unde necu e, ut ante absolutz cu debito dolore illaz debitaz confessioni fateat.; si optat, confessz n. fieri irritz, et cassz; secu aut., dm. eet, et gnunc. confessz validaz futuraz, sive nullu praeceptu confess. instaret, qd grav. obligaret; 1. si praecepto gravi urge. so hitual. ita decerneret n. actual., quatz poenitens ita imbecilli pret. gauderet, qd secluso eo motivo timoris n. confiteret; hoc. n. longe abe a pecc. rcu eti ho. perseverans in gra, posit ee ita proclivis in pecc., ut si metu magistratu abeet, pals in furta, et homicidia ruerat ergo etc.

Aliae difficilt. ennodat ee 2us versu sect. 3.

2u carmen ita percipit de confess.e: esto frequens, secreta sit, sitq accelerata; ac 1o iubet, seu, ut melius dicaz, hortat. ad confess. frequentiaz, de qua multa tradunt Script.s pii, et nonnulla nos 2a, ubi eadz pecc. posse saepius repeti satis sfructione in confess.e docui-mus, cu Scotu, et aliis; hic tm. conditio n. e necessaria confess.e; d. utilis, ut ipa monuimus.

Aliud fieri secreto confessz n. e de illius substa., ut aperte hct.

in Trid.° sess. 14. c. 5. ubi expresse asserit, Christum Dominum non prohibuisse quominus publice confiteretur, et usum fidelium, atque consensum Ecclesiae id aperte confirmant, cum in naufragio, incendio, aut alio periculo publica confessio valida sit. Ita communiter DD. sufficiat vobis legisse Suar. de poenit. disp. 21. sect. 2. n.° 9.

Petit autem 1.°, utrum saltem sit de iure divino, quod confessio fiat secreto non instante aliqua speciali causa. Affirmant Henriq. et Gran. quos merito refragantur Suar. modo citatus, P. Hurt. de poenit. disp. 8. diffic. 1. Ochagavia tract. 2. de confessione, q. 28. n.° 3. Lugo, Villalob. et alii: quibus subscribo. Ratio est, quia nullibi extat tale praeceptum, neque ex consuetudine nulla obligatio nascatur (ut aliqui placet) confitendi secreto, nisi adsit specialis causa id excusans.

Petit 2.°, an et quale peccatum sit fateri publice absque aliqua iusta causa; vult Gran.° de poenit. tract. 9. disp. 4. n.° 6. et apud illum alii, quod sit peccatum mortale: D. Bonacina, disp. 5. de poenit. q. 4. sect. 2. puncto 2. § 2. n.° 23. cum sola putat esse veniale crimen; ast P. Hurt. disp. 8. de poenit. diffic. 1. existimat, quod neque veniale piaculum sit; quia nullum praeceptum divinum, aut humanum id prohibet; neque consuetudo fidelium introducta in tempus obligans. Assentior Hurt. casu quo poenitens non prodigat suam famam temere, aut aliquod aliud incommodum obviat ex eiusmodi confessione publica.

Circa dictum acceleratum, excitari potest hic q.°, utrum scilicet teneat unusquisque statim post peccatum commissum illud fateri; neque dubitamus de peccato veniali; cum illud non abigat gratiam iustificantem; neque ulla vigeat obligatio fatendi venialia. De mortali quo statim confitendo affirmativam partem propugnant Guillielmus Parisiensis, Anglus, Alensis, et D. Bonav. in 4.° dist. 17. art. 4. q. 2. qui postremus saltem religiosis eam obligationem imponit.

Verum quamvis optimum saluberrimumque consilium sit, quod statim atque homo labitur in mortale se sistat confessario; at nulla obligatio, aut praeceptum, quo ad id urgeamur. Ita communis sensus, et sententia apud Suar. de poenit. disp. 35. sect. 3. n.° 2. Gran.° tract. 1. disp. 8. n.° 8. et alios frequenter. Ratio est, quia nullibi extat eiusmodi praeceptum, nec de illo unquam monet Ecclesia suos fideles; quae taciturnitas, si praeceptum daretur saltem grave, in maximum animarum periculum vergeret: quo etc. Denique religiosi, excepta suorum votorum obligatione, ad nihil aliud tenentur,

ad

ad quod n tenean̄t specularesp ut certum e, et alibi docui; g° neq ad cfess; ita accelerati tenent.

Modi, q occurrunt in 3° carm.e, sect. 4.

Versus 3us imperat, qd cfessio sit accusans, verecunda, humilis, lacrymat, obedit ubi adverto 3. illas partes accusans, lacrymans, obediens affati explanatur ee, d cfessione disp.e 22. ubi dolorem, et ppositum requisita ad cfess; explicuimus; quapropter so restat, ut breviter discutiamus, quis occurrunt ca tres verecunda, et humilis.

